



**R.P. Leonardii Lessii E Societate Iesu Theologi. In D.
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hvmanis. De
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censvris.
Prælectiones Theologicæ Posthvmæ**

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1645

Dvb. 2. Vtrum[m] Pontifex possit vinis dare Indulgentias per solam
solutionem ex thesauro Ecclesiæ sine iuridica absolutione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

Cap. 2. 3. De Indulgentijs. Dub. 1. 2. D. 1.

Solutur.

302 Omissis varijs responsionibus dicendum est; vt Pontifex consequtatur Indulgentiam, satis esse, vt per modum solutionis & compensationis eam accipiat. Quāuis enim non posse seipsum absoluere, potest tamen, tanquam distributor thesauri Ecclesiæ, ex Christi & Sanctorum meritis accipere pro se compensationem, quā Deo soluat. Ita Nauarrus notab. 20. num. 9. 10. II.

3. Obie.
ctio, quod
actus iuris-
dictionis
non possit
operari in
inuitum.

Obijicitur Secundū: Iurisdictione potest exerceri in inuitum; potest enim quis etiam inuitus absoluti ab excommunicatione, alijisque censuris: atqui Indulgentijs non possunt conferri inuitis: ergo earum concessio non est actus iurisdictionis. Confirmatur; quia iurisdictione non potest exerceri sine cause cognitione: vnde etiā in Sacramento Pœnitentiae requiri ritur cause cognitionis. At Indulgentiæ conserunt sine causa cognitione. Ergo.

Solutur.

Respondeo: Nō omnis actus iurisdictionis potest in invitato exerceri, vt patet in Sacramento Pœnitentiae; sed illud solum locū habet, quando ille actus non requirit necessarij aliquam dispositionem in suscipiente; vt sit in absolutione ab excommunicatione. Ad confirmationem: quando sententia nō fertur super aliquo facto particulari, sicut in Sacramento Pœnitentiae, sed in genere & quasi sub conditione, non requiritur causa cognitionis: vt dum quis si excommunicatur, si quis Clericum percussit, sit excommunicatus: tales sunt omnes censurae Iuris. Indulgentiæ autem conceduntur in genere, & sub conditione; nempe, si tale opus prestatur; vnde non requirunt causæ cognitionem, nisi generatim; videlicet ut generatim causæ dignitas expendatur, propter quam conceduntur.

3. Obie.
ctio, quod
pœna Pur-
gatorij nō
substantia
iuris-
dictioni
Ecclesiæ.

Obijicitur Tertiū: Pœna Purgatorij non substantia iurisdictioni Ecclesiæ: atqui per Indulgentias liberamur à pœniis Purgatorij: ergo earum cōcessio non est iuridica absolutio, sed tantum cōpensatio. Confirmatur: quia compensatio sufficiens est ad obtinendam remissionem pœnae: ergo superuacanea est absolutio.

Vera so-
lutione.

Respondent quidam, Indulgentiam quatenus tollit pœnam iniunctam, esse absolutivem iuridicam; sed respectu pœnae qua in Purgatorio luēda sit, esse solum solutionem. Verū hæc responso non valet: nā Pontifex viuos etiā à pœniis Purgatorij potest absoluere; vt colligitor ex Synodo Complutensi sub Sixto IV. vbi damnatur hæc propositio Petri Oxomensis, *Papa non potest alicui viuo indulgere penam Purgatorij*, id est, à pœna Purgatorij absolve: indulgere enim propriè ad iurisdictionem pertinet. Vnde

Respondeo: Debütum pœnae Purgatorij, quādiū homines viuant, ad iurisdictionem Ecclesiæ pertinet, & ab eo potest Ecclesia directè viuos absoluere. Neque hoc mirum est, cūm etiā à debito pœnae æternæ directè per sententiam iuridicā absoluat viuos; vt patet in Sacramento Pœnitentiae: habet enim *Clavis regni celorum*, id est, potestatem remouendi omnia impedimenta vitaæ æternæ, vt Doctores interpretatur. In defunctorum verò, iuxta veriorem sententiam, iurisdictione non habet. Ad confirmationem: Cōpensatio non sufficit ad pœnae relaxationem, sed præterea opus est vt à iudice acceptetur, & reus propter illam absoluatur. Vnde necesse est, vt vel Deus immediate per seipsum hominem, pro quo exhibetur compensatio, à reatu pœnae absoluat; vt sit in baptismō, & dū alijs pro alio satisfacit; vel certè vt Vicarius ipsius quod-

ritate diuinā id faciat; vt sit in Sacramento Pœnitentiae, in quo non solum est compensatio, sed etiam efficax absolutio.

DVBIVM III.

Vtrum Pontifex posset viuis dare Indulgentias per solum solutionem ex thesauro Ecclesiæ, sine iuridica absoluzione?

R Espondeo: Posse, tum quia hoc modo conceduntur Indulgentias defunctis: tum quia Pontifex id Ecclesia habet plenam potestatem circa dispensationē sine absolutione; sicut quando priuatus pro altero offert suas satisfactioes, quæ tamen alteri non valent, nisi ex congruo: satisfactioes autem Christi, quas Pontifex potest applicare, valent alteri ex condigno.

Nota tamen: Hunc modum concedendi viuis Indulgentias nō esse visitatiū: nam alter est, qui fit per absolutionē, est efficacior & certior. *Absolutio* efficac, & enim efficaciter remittit reatum pœnae. *Applicatio* incertior, thesauri solum offert Deo pretiū, vt ipse dignetur remittere: vnde solum valet per modum imprecatiois, sicuti cūm quis offert pretium pro captivo,

CAPVT III.

De effectu Indulgentiarum.

DVBIVM I.

*Vtrum Indulgentias solum valeant ad remissio-
nem penitentiæ iniunctæ, an etiā ad remissio-
nem eius qua erat iniungenda: & consequen-
ter an valeant ad remissionem pœnae Purga-
torij, qua pœna iniungenda respondet?*

S Vppono Primū: Indulgentias non valeant ad remissionem culpe mortiferæ, vel pœnae aeternaæ; hoc enim tantum fit per Sacra menta. Vnde tia non va, quod in quibusdam concessionibus Indulgentiarū legitur, per illam Indulgentiam dari remissionem culpe mortiferæ, intelligentum est de adiuncto simul Pœnitentiæ Sacramento, quod semper coniungi, imò pœnae aeternæ, nec procedere debet, saltem in voto, priusquam Indulgentiam consequaris. Verius quoque est, eas non valere ad deletionem culpe venialis, quia hæc requirit interiorē renovationem; vt alibi dictū est.

Suppono Secundū: Indulgentias valere ad remissionem pœnae temporalis, quæ remissâ culpe mortiferæ, vel veniali, luenda supereft: non autem ad remissionem pœnae ciuilium, sive ecclesiasticarum, quæ ad forum contentiosum spectant: quia alioquin disciplinam politicam & ecclesiasticam disoluenter.

His positis: Caietanus opusc. 15. cap. 7. tom. 1. putat Pontificem quidem habere potestatem per Indulgentias relaxandi pœnas, etiam non iniunctas; tamen de facto omnes Indulgentias, quas cōcedit, esse tantum de pœniis in foro pœnitentiæ iniunctis. Idem tenet Petrus Soto lect. 2. de Indulgentijs; & quidam antiqui Doctores Scholastici, Albertus & Altisiodorensis.

Respondeo & Dico Primū: Quādo in formulā exprimitur Indulgentias dari de penitentijs iniunctis, probabilius est eam solum extendi ad penitentijs de Pan- actu à Confessario iniunctas. Est ferè communis. *Tenetiss.* Vide Nauarrum relect. de Indulgentijs, notab. 11. iunctū. n. 12. & Antonium Corduba qu. 7. propos. 3.

Probatur Primū: Quia concessio Indulgentiarū strictè est interpretāda, etiū enim materia videatur fauorabilis.